



Clypevs Theologiæ Thomisticæ

Continens Tractatus de erroribus Pelagianorum, de Gratia, de
Iustificatione & Merito, de Virtutibus Theologicis, & quatuor Cardinalibus,
ac de ineffabili mysterio Incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Parisiis, 1669

Art. I. Definitio fortitudinis explicatur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77342](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77342)

opus ejus secundum rationem esse. Quod quidem impliciter contingit: uno modo secundum quod ipsa ratio rectificatur, quod fit per virtutes intellectuales: alio modo secundum quod ipsa rectitudo rationis in rebus humanis insinuitur, quod pertinet ad iustitiam: tertio modo secundum quod tolluntur impedimenta hujus rectitudinis in rebus humanis ponenda. Dupliciter autem impeditur voluntas humana ne rectitudinem rationis sequatur: uno modo per hoc quod trahitur ab aliquo delectabili ad aliquid aliud quam rectitudo rationis requirit, & hoc impedimentum tollit virtus temperantia: alio modo per hoc quod voluntatem repellit ab eo quod est secundum rationem, propter aliquod difficile quod incumbit, & ad hoc impedimentum tollendum requiritur fortitudo mentis, quæ scilicet hujusmodi difficultatibus resistat, sicut & homo per fortitudinem corporalem impedimenta corporalia superat & repellit.

Porro quia difficilius est sustinere tristitia, & ad ardua ferri (quod præstat fortitudo, frænando passionem circa hæc objecta) quam ad delectabiles abstinere, eisque frui cum ea moderatione, quam temperantia indicit, ut Philosophus 3. Ethic. cap. 9. observat, idcirco priori loco statuitur fortitudo, posteriori temperantia, de qua disputatione sequenti dicemus.

A voluntatem à bono rationis, nisi vel incutiendo nimium timorem, quo plus æquo formidantur, vel nimiam audaciam, quâ immoderatè & imprudenter invaduntur; sic fortitudo non aliter firmat animum in illis, quam reducendo utramque passionem ad debitam mensuram. Magis tamen spectat ad fortitudinem diminuere timorem, quam audaciam; quia magis est ad stimulandum & roborandum, quam ad detinendum & coercendum: sicut temperantia è converso magis est ad detinendum & refrænandum, quam ad firmandum & stimulandum; ideoque ista ponitur in concupiscibili, quæ maximè indiget fræno, propter vim & allicientiam boni concupiscibilis; illa verò in irascibili, cui propter difficultatem objecti ardui potissimum calcariibus opus est.

B Ex his facillè intelliges, quodnam sit objectum materiale & formale virtutis fortitudinis: objectum enim materiale illius duplex est, unum remotum, & aliud proximum: illud periculis & malis, præsertim gravissimis, cujusmodi sunt mortis pericula, continetur: istud verò consistit in affectibus timoris & audaciæ, quæ circa illa pericula versantur. Objectum verò formale fortitudinis est specialis illa honestas, quæ in hujusmodi passionum moderatione relucet.

ARTICVLVS II.

Actus virtutis fortitudinis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Definitio fortitudinis explicatur.

1. Fortitudo ex Tullio hoc modo definitur: Fortitudo est considerata periculum susceptio, & laborum perpassio. Vel aptius ex D. Thoma: Fortitudo est virtus existens in irascibili, coercitiva timoris, & audacia moderativa, insistentibus periculis.

Dicitur primò virtus, quia ut idem S. Doctor hic quæst. 123. art. 2. ostendit, fortitudo specialis virtus est, importans specialem honestatem. Ubi enim est peculiaris difficultas in retinendo rationis præscripto, ibi nobis opus est peculiari virtute: At in periculis mortis adest specialissima difficultas, ut quis decenter & juxta rationis præscriptum, tam interioris, quam exterioris se gerat; nam vel excitatur ingens timor ad mali fugam, quem difficillimum est ita coercere, ut non perturbet, & ad aliquid indecorum compellat; vel excitatur motus audaciæ ad mali repulsam, qui etiam moderandus est, ne temerè in periculum præcipitet; vel utraque affectibus alternantibus animi motibus, & veluti inter se conflictantibus exoritur; & tunc utramque simul juxta rationis regulam temperate oportet: Opus igitur erit peculiari virtute, quæ has difficultates superet, prædictosque motus secundum rationem moderetur.

Dicitur secundò, existens in irascibili, ut non solum à concupiscibili excludatur fortitudo, sed etiam à voluntate, in qua nullam ponimus virtutem, quæ sit primariò ad moderandas animæ passiones. Enimverò virtus ibi duntaxat ponenda est, ubi ejus bonum consummatur: bonum autem prædictæ moderationis non consummatur in voluntate, sed in appetitu sensitivo, cujus sunt actus ipsæ passiones. De quo fusè in Tract. de virtutibus in communi, disp. 2. art. 2.

Tertiò dicitur coercitiva timoris, & audacia moderativa: quia sicut pericula non aliter separant

A Signatur fortitudini duplex actus, scilicet aggredi, & sustinere: ratio enim dicit aliquando pugnandum esse pro boni defensione, ut impugnatores arceantur, & exterminentur; & tunc opus est aggressionem forti & prudenti, quæ sit per audaciam moderatam: aliquando verò, & frequentius dicitur esse patienter sustinendum, ut manifestetur affectus voluntatis erga bonum virtutis, qui tantus est, tantique tale bonum æstimat, ut quantumvis impugnatus, ab illo non recedat.

D Si autem quæras, quis ex illis duobus actibus difficilius & principalior sit? Respondeo perfectionem aggressionem esse potiore. Ita expressè docet Aristoteles 3. Ethic. cap. 9. relatus à D. Thoma hic quæst. 123. art. 6. his verbis: Sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. fortitudo est magis circa timores reprimendos, quam circa audacias moderandas: difficilius enim est timorem reprimere, quam audaciam moderari, eo quod ipsum periculum, quod est objectum audaciæ & timoris, de se confert aliquid ad repressionem audaciæ, sed operatur ad augmentum timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudinem, secundum quod moderatur audacias: sed sustinere sequitur repressionem timoris, & ideo principalior actus fortitudinis est sustinere, id est immobiliter sistere in periculis, quam aggredi.

E Idem confirmat 3. Ethic. lect. 18. hoc discursu: Timor (inquit) imminet homini ab aliquo fortiori contra ipsum insurgente; audacia autem consurgit ex eo quod aliquis æstimat eum quem invadit, suam non excedere potestatem. Difficilius porro est stare contra fortiozem, quam insurgere in aqualem, vel minorem.

Accedit quod ille qui sustinet, sentit jam pericula imminencia; qui verò aggreditur, habet ea ut futura: difficilius autem est, majusque proinde fortitudinis signum, non moveri à præsentibus, quam à futuris.

Bbb